

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE ZARAGOZA

SIGNATURA: I -160

*Avieno, Rufo Festo. Opera.- Arato de
Soles: Phaenomena (latine), a Germanico
etiam a ... Venetiis. 1488.*

~~Secundum~~
Fragmentū arati phænomenon per germanicum in latinū
conuersi cum cōmento nuper in sicilia repertum.

Ratus quidem athenodori patris filius fuit:ma
tris autem de litophilæ.genere uero desalona ci
liciæ.nomiaſ autem ciuitas desolone lindiū.fra
tres habuit lemen quoq; & calliodā & athinodo
rū: quem ait euphranor in descriptione ingenio

a furtū rescribere apud zoilū accusationes. permisit aut apud
antigonum regē macedonū trāseūte regno in ipsum . Nam
post alexandri obitum obtinuit macedoniam Arideus qui co
gnominatus est philippus. isto autem defūcto successit seleu
cus uictor: quem interfecit ptolemæus fulminalis cognomi
natus: Saluatoris & euridicis filius: qui regnauit i macedonia
perempto aut illo a gallatis sibi elegerūt macedones oſthenē:
post quē regnauit eis antigonus philippi:cū esset puer deme
trius obſes. post demetrium aut antigonus geniculosus quē
frequētabat perseus stoicus & antigoras Rodius: qui thebai
den fecit: & alexāder ætholus : ut ipse ait Antigōn⁹: apud quē
hieronymus erat assistēs quidem regi. primū uero illuc carmē
exposuit apud pana arcadienē idē ipse in juuenē scripsit ea
quæ uidentur. Frequentabat aut aratus zenon⁹ stoicum phi
losophum & scripsit ad eūdē epistolam. didicit aut apud eum
odysseam ut Gecraustius iquit quasi præsidēs ab imperatore
& iliaden scripsisse ad se homerum & ei ditexisse. uiciatū aut
illum a cōpluribus factus est multum litteratus vir: sicut testa
tur callimachus assistens ei ab infantia propter paxiphā nem
mitilenum. Doxiteus autem pelusinus cum quo apud diodo
rū uenire inquit eū apud antipatrem & apud atiochum seleu
cium pmāſiſſe ad eum tēpore ſufficiente: earum quoq; ſubmi
nistratione accepit ab atigono: qui dedit illieudoxiū conſcri
ptū annuens adhærere illi. unde quidam de melioribus recē
ſitoribus putauerunt non mathematicum eſſe aratum. ſuſce
pit enim nihil aliud: quorū eudoxio uideatur facere illum in
conſcriptum reponi. Huic autem conſcientie habetur & hyp
parchus bythineus in quibus eum apud eudoxum & aratum
probat hoc declarasse. conſentit autem ei & dionyſius arati &
homeri de mathematicis: ſicut ait non ponimus illos medicos

~~anno 1610~~ h

esse qui medicinales scriberent uirtutes: neq; mathematicos ponamus aliquid mirum dixisse quibus eudoxius uim mode ratus erat. Scire eni; n magnum loqui peritiae mathematicae re perimus aut illum & super

celum circulis quinq; distinguitur quorum duo extre mi maxime frigidi australis humillim⁹ & aquilonus excelsissimus. His utrinq; proximi duo paralleli uocatur ut ita dixerim & que distantes. ideo tropicus unus solsticia lis. alter hybernus p; quē sol transitū tenens & tāam partē capricorni solsticiū hybernū facit. alter æstiuus p; quem sol octauam ptem cancri solsticiū æstiuū facit. Medius est æquinoctialis qui octauā partem arietis æquinoctiū uernū facit: octaua libræ autumale cōstituunt. Ut circuli in cōelo ita zone in terra uocant uti habitabilis infra frigidus est circulus ob rigorem quod ab his longissime sol abest: sub quo quidam habita re putant cecropum & æthiopiæ maximam partem. itē pluri mas insulas' maris rubri aliosq; uertices eminentiasq; terræ nostris aplores sub tropicis habitare nulli dubiū est. Noster solsticialis æstiuus est excelsus atq; arduus. diuisi aut sunt a nobis circulo æquinoctiali qui ætitones nominant & uident humiles atq; depresso. qui ætipodes infra sūt: qd' ut esse uideat efficiūt flexus obliquitatesq; terrarū: quas ætitones & antistroche & antiscepe inhabitare dicunt. incipit aut signifer non ab extremo circulo nec ad extremū extēditur: sed ab intimo tropico australi brumaliq; eodē per æquinoctiale ad sumū solsticiale: eundemq; æstiuale per mediū in his longitudo latitudinisq; porrectus obliquæ circuli signiferi partes. ccclxv. signa. xii. partiū singula tricenarium: Quorum quædam minora: quædam ampliora & populo canophora dicuntur: Sed cōp̄satio quinq; partib; creditur applicari ut sint omnes signiferi partes. ccclxv. Horum incipientia ab ariete. alia sunt maculorum naturalibus: alia secminarum. item quartum quoq; eorum aut tropicum: aut solidum: aut deformē. incipiet dinumeratio ab ariete quod signum tropicorum duo sunt æquino-

& tialia. aries & libra duo: solsticialia: capricorn⁹ & cancer: Tropicis maxima solida anteposita his deformia.



Ic est stellarum ordo utrorumq; circulorum septētrio hies duplices ad austrum uertutē figura a ueris caudis inuicē sibi aduersates. int̄ q̄s obliquus dilabīt draconē. Sub unīnāq; pede ē serp̄tarii: cui⁹ serp̄tarii pedes attin̄gūt frontē scorponis. a latere aut retro stat custos. sub pedib; qdē ei⁹ virgo h̄ns ignē i manib; spicā. Retrorsus uero uestigiis ei⁹ adiacēs leo. medio æstiuo solsticio cācer & gemini. Genua aut agitatoris caput gemi attīgūt. pedes aut ei⁹ tauri cornib; iungūt: cui⁹ heduli desup obtinet locū septentriōis. habet aut septentrio a dextris iuxta coronā desup serpentem i manib;

serpentarii & eum qui in geniculo stat: & sinistro pede septentrionalis draconis uesticem calcans unū brachiū libre: alterū dans coronæ. Nam ad minoris septentrionis ultimus pescophei continetur cygnus manu dextra apprebendēs: sup cuius alas equus extendit pedē: & sup equū aqrius extollit: iuxta quā capricornus est. Sub aqrii pedib⁹ piscis magn⁹ austrinus cōstituta ante cepheūcalsiepia: & a dorsu agitatoris pseus pēdem extendit sup persei caput cassiepia pedib⁹ pperare uidet. Inter cygnū igit̄ & eūq in geniculo stat lyra cōstituit. In quo rū medio deſup ab oriēte delphin⁹ cognoscit: sub cuius cauda est aquila in pximo habēs serpentariū. Sed iam de aquilonio circulo dictum est. nunc ad australē ordinem properemus.

Vb aculeo scorponis sacrariū cōstitutū ē: sub corpore eius anteriora centauri uident̄ in quo est bestia. cōspicit & sagittarii pes summus ex alia pte sub australi circulo ppe centauri mēbra hydræ cauda: & coruus ad genua uirginis urna ē posita a sinistris orionis: qui & incola fluius q & padus: necnō & eridan⁹ sub pedib⁹ orionis: q & incolla dicit̄ lepus: splendida effigie cōspicit. retrorsū uero a pedibus eius canis splēdida refulget. post cuius caudā nauis cōstuta est: ad tauri pedem protendit manū orion pedibus gemini appropinquat anticanis sup caput arietis nō longe ab andromedæ pedibus triangulus positus est. Sub ariete & piscib⁹ cetus. connexio uero pilcium communem habet stellam.

Germanici cæsar is arati phænomina.

Bioue principium magno deduxit aratus
a Carminis: at nobis genitor tu maximus auctor

Te ueneror: tibi ſacra fero. docti⁹ laboris
Primitias pbat ipſe deum rectorq; ſatorq;
Quantum etenim poſſint anni certissima ſigna
Qua ſol ardentem cancrum rapidiſſimus ambit
Diuersaſq; ſecat metas gelidi capricorni
Queue aries & libra æquauit diuortia lucis
Si non parta quies te præſide pupib⁹ æquor
Cultoriq; daret terras procul arua ſilarent
Nunc uocat audaces in cœlum tollere uultus
Syderaq; & uarios cognoscere motus

Nauita quid caueat quid uitet doctus arator
Quando ratem uentis: aut credat ſemina terris
Hæc ego dum lætis cogor prædicere muſis
Pax tua tuq; affis nato numenq; ſecundes

Quæritur cur a ioue incepit & nona muſis ut homero cōueniens: magis hoc æſtimauit principium phænominiſ ut iouem inuocaret quod ipsorum carminum origo eſt iuppiter. nō ſolus autem ita cæpiffe uidetur aratus. ſed & crates comicus a uesta incipiens & profari carmina ſophron in mimo: qui nuncius inſcribiſ a uesta incipiens omnes inuocat iouem oīum principem. Sed quærif̄ cuius iouis meminerit: utru ne fabuſiſ: an naturalis. Et philosophi quidē plurimi naturalis aiūt eū iouis meminiffe. Sed crates ait iouem dictū cœlum. Inuocatum uero merito: quia in aere & ethere ſūt sydera: & homerum dixiſſe iouem in aliqua parte cœlū: & ipſe aratus: cū dicit herodotus iouem dictum æra & crates quidem eiusdē ē opinionis: teſtēq; eſſe philonem comicum dicit qui. hoc aut̄ conſtat & ipsum dicere. Nāq; nihil aliud eſt uox q; percussus aer: uidetur conuenienter dixiſſe: quæ rei præstat autoritatē plenaſ ioue uias referens: & omnis hominū conuentus. nihil eorum quæ in terra ſunt ſine aere eſt. ratione etiā cuius oē ūſū desideramus. Nam cuncti mortales ostendunt uſum ſuſpirio: & cum uiuimus aere indigemus. At q; ait dextra monſtrat ad auguria pertinet auium. propter quod & ſtoici iouem eſſe afſirmant: qui per materiam manat ſpūs: & ſimilis ē noſtre aīæ. Xenodotus aut̄ ætholus & diodorus aiunt: nec ad fabulofiſ ſouis ſufficere eiuſmodi opinionē: eſſe enī talē cauſam iouis: & conuenire omnes uias eo confertas: quas tanq; loco eius deſribit. Dicendo aut̄ etiam genus ostendit aīæ immortalitatem: Bene propterea q; ait nouerat enim uirtuti aliquid æmuſium futurum. Deo igit̄ aduersus delicata lenem eſſe ē: quo niā omnium parés affirmaſ: & nō ſolū hominū. ſed etiā deorū.

Aetera quæ toro fulgent uaga ſydera mundo
c Indefessa trahit proprio cum pondere cœlum
Axis: ſtat motus ſemper uestigia ſeruat
Librataſq; tenet terras: & cardine firmo
Orbem agit extreum: geminus determinat axem
Quem grai dixere polon. pars mersa ſub undas

Oceani pars celsa sub horris ero aquilone
 Axem cretæ dextra leuæq; tueruntur
 Siue arcti seu romanæ cognomis ursæ
 Plaustum uel facies stellarum proxima uera
 Tres temone rotisq; micant: sublime quaternæ
 Si melius dixisse feras obuersa resurgent
 Ora feris caput alterius super horrida terga
 Alterius lucet: pronas rapit orbis in ipsos
 Declivis humeros: ueteris si gratia formæ
 Cresia uos tellus aluit: moderator olympi
 Donauit cœlo: meritum custodia fecit
 Quod fidei comites prima i cunabula magni
 Fuderunt iouis attonitæ cum furta parentis
 Aerea pulsantes mendaci cymbala dextra
 Vagitus pueri patrias ne rageret auras
 Dicta exercere domine famuli coribantes
 Hic iouis altrices helyce cynosuraq; fulgent
 Dat gravis helyce cursus maioribus astris
 Phoenicas cynosura regit. sed candida tota
 Et liquido splendore helyce nitet haud prius ulla
 Cum sol oceano fulgentia condidit ora
 Stella micat cœlo septem qua cresia flâmis
 Certior est cynosura ramen sulcantibus æquor
 Quippe breuis tota fido sç cardine uertit
 Sidoniamq; ratem nunquam spectata fefellit
 Has inter medias abrupti luminis instar
 Immanis serpens sinuosa uolumina torquet
 Hinc arcti hinc superatq; illas mirabile monstру
 Cauda helycen superat tendit simul ad cynosuram
 Squammigero lapsu qua definit ultima cauda
 Hac caput est helyces. flexu comprehenditur alto
 Serpentis. cynosure ille explicat amplius orbes
 Sublat usq; retro maiorem respicit arcton
 Ardent ingentes oculi caua tempora claris
 Ornantis flatmis: mento sedet unicus ignis
 Tempis dexterius quæ signat stella draconis
 Quæq; sed et mento: lucet nouissima cauda
 Extremumq; helyces sydus micat ac radiatur

Serpens

Serpentis declive caput: quæ proxima signa
 Occasus ortusq; uno tenguntur ab ore
 Oceani tumidis ignotæ fluctibus arcti
 Semper in occiduis seruantes ignibus axem



Ertices extreemos circa quos spera cœli uoluif polos
 u græci nūcupauerūt: e qbus un⁹ ē australis q terre ob-
 iectus a nobis nūq; uidet. Alſ aut̄ sept̄trionalis q bo-
 reus uocat: & nūq; occidit. Duo sūt arcturi quorum maiorem
 uocant helycen: minorem canis caudā. Alterutra qdem horū
 capita deorsum: alterutra sursum aspiciunt. Altera nanq; he-
 lyce est quæ appetit prima noctis. altera pusilla quidem: sed
 a nauigatibus obseruatur. Maria enim conturbat. Helycen
 h iiiii

aut dicit hesiodus calisto lycaonis regis filiā fuisse: & in area dia solitam cū diana uenari: & in móribus uagari: & a ioue cō pressam rem celasse dianæ. Quā grauidā nudā se leuātem cū aspexisset diana i lauacro partum eius accelerās bestiā eā esse iussit: & dū esset ursa arctum enixa est quem archadē uocant Amphis aut̄ comicus poeta refert iouē in dianæ effigiē trans figuratū in uenatione calisto oppressisse. tempore partus ple na cū uexaretur dianæ culpā indicasse. & iratā dianā in ursam transfigurasse. Quæ dum in móribus uagaretur aquibusdā pastoribus apprehēsa cū puero perducta est ad lycœnē: post tempus i lycæi iouis téplo confugēscū eā arcas filius seq̄rēt ubi eā nefas erat intrare ab archadibus utriq̄ imperfecti sunt. iuppiter aut̄ utrosq̄ coeli astris i tulit ursamq̄ eā nominauit. Ouidius a iuione in bestiā conuersā scribit. Habet aut̄ stellas in capite septē: in sigulis humeris singulas obscuras: in armo duas: in pectore unā: i pede priore claras duas: in summa cauda claram unā: in uentre claram unam: in spina unā: i crure posteri ore duas: in extremo pede duas: super caudā tres. fuit omnes xxiiii. porro arcturus minor qui a plurib⁹ phœnices: a græcis arctophilax a nōnullis canis cauda uocatur. Quā sydones a spiti entes continuo nauigant. Dicitur a ioue inter astra collo catus ut duplex honor helicis monstraretur. Agloasthenes q̄dem in asiaticis carminibus cynosurā dicit iouis fuisse nutricem unam ex idæis nymphis a qua in crete oppido hystoe Ni costrat⁹ cōstituit portus & circa eū locū cynosuram fuisse: cū thelchinis qui dicuntur curetas idæi. Aratus cynosurā & helice certēses iouis nutrices fuisse dicit ob quod sunt cœlesti dona te honore. Habet aut̄ stellas in humero splédidam unā: in pectore claram unā: in uentre claram unā: sup caudam claras tres. fuit omnes septem: supra alias decem quæ præcedunt & dicū tur ludentes. & maxima altera quæ uocat̄ polus i quo aqbus dam putatur totus orbis circuerti. inter ambas ergo arctos maximus flexuoso corpore adiacēs draco qui utrancq̄ arctos flexuoso corpore semicingit. Helycis supuoluit caput. phœnices circuncingit caudam. Hanc pherecides dicit inter astra collocatā beneficio iunonis: eo q̄ cū nuberet ioui iuno diis of ferentib⁹ munera: terr a quoq̄ obtulerit aurea mala cū ramis q̄ iuno in hortū suū erat apud atlantē inseri iussit: & hespe-

rides atlantis filias cōsrodes posuit: qūæ cum a filiabus atlantis subtrahent̄ & s̄æpe uexare: i uno custodē horti draconē puigilē implicuit arbori: quē hercules inter fecit: & illa astris intulit. Hunc alii iouem astris intulisse dicunt ob memoriam virtutis herculis minerue obiectum: quē illa contortum cœlo imisit: & inter septentriones locauit. Habet autem stellas i capite splendidas tres. Incorpore uero usq̄ ad caudā duodecim ab inuicem distantes. Sunē autem oēs quindecim.

Aud procul efficiens unde est defecta labore

h Non illi numen non magni cœla laboris

Dextrro nāq̄ genu nūsus diuersaq̄ tendens

Brachia supliciter pansi ad numina palmis


Serpentis capiti figit uestigia sœua



Raconem immēse magnitudinis hōtorū custodem
 d insomnem dum a iunone ad custodiendā aurea mala
 eset constitutus. Hercules cum ad mala a urea profe
 ctus fuisset: ut refert Pannasis heracleas: fertur peremisse. &
 iccirco inter astra a ioue hunc laborem memoria dignum ho
 norasse: & utrosq; syderibus intulisse: ita ut in certamine fue
 re eorum habitus: serpentis capite iam defecto: qui ideo ī ge
 nu stans manibus sursum extensis dextro pede cōtra draco
 nem porrecto pingitur: ut certaminis labor significetut. Ideo
 pelle leonis in sinistra manu habere singitur: ut insigne vir
 tutis monstref: quia leonem inermis interfecisse narrat. Ha
 bet autem stellas in capite unam: in singulis humeris singu
 las splendidias: in sinistro cubito unā: in eadē manu unā: in eo
 dem brachio unā: in sinistro femore unā: in dextera pte femo
 ris duas: in coxa duas: in genu dextro unā: in eadem tibia unā:
 in crure duas: in eodem pede unā: in dextra manu unā: in cla
 ua quā eadē tenet manu unā: in leonina pelle quattuor. Sunt
 oēs uigintiq; tuor.

CORONA

Lara ariadnæ stat igne corona
 c Huncilli bacchus thalami memor addit honorem
 Terga nitet stellis a quo se uertice tollit
 Succiduis genibus lapsum & miserabile



Aec corona dicis' esse ariadnes quam liber astris intu
 h lis dicis' dum eius nuptias dñi in iſula creta celebra
 rent: cogitauſ præclaram facere: p̄ qua primū noua
 nupta coronata est. Sed qui creticam conscripsit refert: quia
 cum liber ad minoem regem uenisset: ut ariadnem filiā ei du
 ceret uxorem: coronādonū ariadne dedisse uulcani opere fa
 ctam ex auro & gēmis p̄ciosiss: & talis fulgoris fuit ut theſea
 ex labyrintho liberaret: quæ post astris affixa ē: cum i naxon
 utriq; uenissent signū amoris ei crines ostendunt: & est i ellis
 fulgentibus sub cauda leonis. Habet autē stellas nouem in cir
 citu positas: q̄rum tres sunt splendide ad caput serpenti ar
 eturi.

OPHIOCHVS

h Ic ophioeus erit longe caput ante niteido:
 Et uastos humeros tum cætera membra sequunt
 Illis languet honor humeris manus integer ardor
 Luna etiam mensem cum pleno diuidit orbem
 Lux tenuis manibus p̄ quas erabitur anguis
 Pressus utraq̄ manu medium cingens ophiochum
 Scorpius ima pedum tangit: sed planta sinistra
 In tergo residet: uestigia dextera pendent
 Est impar manibus pondus: nam dextera paruam
 Partem anguis tenet. per leuam attollit omnis
 Quantūq; a leua distantia ferta notantur
 Frigidū serpens: atq; ultima mento
 Stella sub ætherea lucet crinita corona
 Ad quam se dorso puadet lubricus anguis
 Insignes cœlum p̄fundunt lumine chelæ




h Ic est serpentarius qui super scorponem stat tenens
 utraq; manu serpentē qui ab astrologis dicitur fuisse
 æsculapius filius apollinis qui medicinæ arte uterē
 mortuos fertur suscitasse. Quamobrem iratus in eū iouis do
 mum eius cum ipso fulminis isto percussit: Rogatu aut apol
 linis patris iupiter ei arte sua rursus post obitū defuncto ani
 mam restituisse ad uitam et inter astra constituisse putatur.
 Habet aut stellas in capite: claram unam in singulis humeris
 claras singulas: in sinistra manu tres: in dextra quattuor: &
 duas ex eis claras: in singulis lumbis singulas: in singulis ge
 nibus singulas: in dextra tibia claram unam: in singulis pedib⁹
 singulas claras. sunt omnes xxvii.

h serpens quem tenet i manibus habet stellas i orificio
 duas: i flexura capitis spissas quattuor: i manu ophiu
 chi duas claras: in prima flexura octo: in secunda que
 tenet in dextera manu alias octa: i tertia usq; ad caudā sex. si
 unt cœs stellæ serpentis triginta.

SCORPIVS
 corporis sane inter astra a ioue illatus est: pro eo quod
 ferunt ex terra ortū sumissū p̄: qui oriona interficeret
 ob eius loquacitatem quod ex uenatore nullā se ferā
 relinquere diceret: s̄c̄ oriona percussit & occidit: & inde a io
 ue astris illatus est ut eius naturā futuri homines intelligeret
 Nigidius autem dicit scorponem ad pernitic orionis i insula
 chio in mōte chelippio ortū uolūtate atq; ope dianæ. Nācū
 in mōte celsionio uenaretur irridēs diana cōtinebat eius opa
 quæ i mōte constituebat. Itaq; diana dicitur misisse scorponē
 qui orionem uira priuaret. postea ab ioue impetrasse: ut scor
 pio in duodecim signorum memoria cōstitueret. Hic ob ma
 gitudinē in duo domicilia partitur. etenim ad aliud tendūt
 brachia eius. ad aliud corpus & cauda & aculeus. Habet aut
 stellas in unoquoq; cornu duas: in ore unam claram: in fron
 te duas: in dorso claras tres: in uentre duas: in cauda quinque
 in aculeo duas. sūt omnes. xix. ex his quattuor quæ sūt in cor
 nibus eius duæ priores clare: & duæ obscuræ libre assignant
 quam chelas græci dicunt.

Nde helicen sequitur baculo seniorq; minatur
 i Se uelle arctophylax brachiorum munera cæcus

Icarus ereptam pensavit munere rippam
Non illi obscurum caput est: non tristia membra
Sed proprio tamen una micat sub nomine flama
Arcturum dixerit sinus qua uincula nodant



b Ootes qui & arcturus fertur esse custos plaustris: eo quod
plaustru sequis idest septentriones: & quasi succinetus
sit septentrionibus. Hunc dicut arcadem iouis filiu esse
de cuius post nomine arcadia dicta est. que lycaon pelasgi fili
um cum iouem hospitio receperisset infantem membratim lacera
uit & ioui iepulis apposuit. ceptas ioue ntru deus esset: iouis

a ut dicit domu lycaonis fulmine incendisse: eo quod loco ciuitatē
costructa quae trapezos appellata est. lycaonē uero cōuertisse
in lupum. archadem aut compactis mēbris ad uitā reduxisse:
& cuidam caprario dedisse nutriendū. Qui cum adulta iā æta
te esset matri inscius uim inferre uoluit: quos utroqe cum in
colæ licæ montis eū occidere uellēt: iuppiter utroqe liberans
astris intulit: Qui ut res gesta est ita manet: illa ursæ naturæ
hic iperū faciēs quæ bootis homerus uocat. hēt aut stellas inde
xtra manu quattuor quæ nō occidūt: in capite clara nuā: i sing
gulis humeris singulas: in singulis māmillis claras singulas. i
dextra parte coporis sub māmilla obscurā unā: in dextro cu
bito clara unam: inter utraqe genua clara unā: & magnā quod est
arcturus: in singulis pedibus singulas. fiunt œs quattuordecim
VIRGO

f Vlget spica manu maturisque ardet aristis
Quim te diua uocant: tangunt mortalia site
Carmina. nec surdam prebes uenerantibus aurem
Exosa heu mortale genus medio mihi cursu
Stabunt quadrupedes & flexis lætus habenis
Tecque tuumque canam terris uenerabile numen
Aurea pacati regeret cum secula mundi
Iustitia inuiolata malis placidissima virgo.
Siue illi astra genus fuerit quem fama parentem
Tradidit astrorum seuero intercipit æuo
Ortus fama tui mediis te læta ferebat
Sublimis populis nec designata subire
Secta hominum & puros mores sine crimine diua
Iura dabas cultuque nouo rude uulgas in omnet
Formabas uitæ sinceris artibus usum
Nondum uæfanos rabies nudauerat enses
Nec consanguineis fuerat discordia nata
Ignotique maris cursus priuataque tellus
Grata satis nec perdubios audiissima uentos
Spes procul amotas fabricata naue petebant
Diuitias fructuque dabat placata colono
Sponte sua tellus nec parui terminus agri
Præstabat dominis signo tutissima rura
At post quam argenti creuit deformior ætas

justicia
Virgo

loge super hoc
Laetitia in uer
in uerum libra
quinto sibi
in uerum fulmin
ca. quinto

etatis arte

Rarius inuasit maculatas fraudibus urbes
 Seraq; ab excelsis descendens montibus ore
 Vellato tristisq; genas abscondita rippa
 Nulliusq; larem nullos addit illa penates
 Tantum cum trepidum uulcus cœtusq; notauit
 Increpito partum soboles oblita priorum
 Degeneres habuit semperq; habitura minores
 Quid me nunc habitus super & mala uota uocatis
 Quærenda est sedes nobis noua secula uestra
 Artibus indomitis tradat sceleriq; cruento
 Hæc effata super monitus abit alite cursu
 Attonitos linquens populos grauiora pauentes
 Aerea sed postq; proles tecris data: nec iam
 Semina uirtutis uitiiis demersa resistunt
 Quisq; præsora tenet uestigia: quisq; secunda
 Ferriq; inuenio mens est lætata metallo
 Polluit & taurus mensas assuetus arato
 Deseruit proprie terras iustissima virgo
 Et cœli sortita locum qua proximus illi
 Tardus in occasum sequitur sua plaustra bootes
 Virginis at placide prestanti lumine signat
 Stella humeros: helycenq; non clarior ambit
 Quiq; micat: caudaq; armum præfulget ad ipsum
 Quiq; priora tenet uestigia quicq; secunda
 Clunibus hirsutis & qui sua sydera reddit
 Naq; alie quibus expletum ceruixq; caputq;
 Vatibus ignotis præcis sine honore feruntur



a D aspectū autē bootis virgo constituta est quæ erigo
 ne dicta est: que inter leonem & librā in zodiaco locū
 tenet. Hanc hesiodus iouis & themidis filiā esse dicit
 nomine iusta. Hūc secutus aratus dicit q; cum esset immorta
 lis in terris morabat: & a uiorum aspectu se subtrahere soli
 ta: cum foeminis consulto ludere & conuersari uidebat: & ab
 eis iusta uocabat: & nondū inter homines nequitia: necq; nauiga
 tionem fuisse. sed illā in terris morata æquitatē hominib; psti
 tisse eo sæculo quod aureum dicebat. Sed postq; diminuti ho
 mines a ueritate quieuerūt: illa cum eis minime conuersata
 est. postq; uero hominū mores in deterius uersi in toto se et ter
 ris abstulit: & in ea pte cœli habitauit qua enumeref. Nōnul
 li autem eam esse cererem: eo q; spicas teneat. alii atargatin.

Quidam uero fortunam p eo q sine capite astris inferit. Nigdius de virginē ita refert. Virginē iustitiā dici siue æquitatē. quæ ab hominibus recesserit & ad immortales merito transierit. Nā cū inter mortales conueniret omnibus locis cōciliabuliscq solitam consistere & præcipere hominibus ne temere a iustitia & æquitate discederent: qui q̄diu monitis eius obediunt: diu in vita sine cura & solicitudine futuros. sed cū negli gentius æquitate obseruātes declinarēt insidiisq; cupiditate & auaritia alter alterū deciperet ab hominib⁹ discessisse & digna cælesti numero immortalē præmiū pietatis possedit. Habet autē stellas in capite obscurā nimis unū: ī singulis humeris singulas: in unaq; ala obscuras duas: ex eis q̄ sūt ī dextera ala a pte humeri est clara una: & in singulis cubitis singulas: ī singulis manib⁹ singulas: illa q̄ dextra clarior ē: & uocatur spica: in tunica obscuras sex: ī singulis pedibus singulas. Sunt omnes decem & nouem:


GEMINI

q Va media est helyce subiectum respice cancerum
Ancipitis suberit gemini qua posterior pes



I dicuntur castor & pollux fratres gemini maxima cōcordia e quib⁹ cū un⁹ cecidisset in pugna quā aduersus atheniēses gerebat alter immortalitatē accepit: quos Iuppiter utrosq; cœlo ī tulit syderibusq; geminos nominauit qui salutares sunt appellati: Nā & horū stellæ ita se habēt ut occidēta una oriatur altera. Alii uolunt zetum & amphonē esse: ideo unus zonam alter lyram habens. Nigidius deos samothracas dixit quorum argumentum nefas sit enumerare propter eos qui ministeriis præsūt. itē dicit castorē & pollucē: tyndaridas geminorū honore decoratos: q̄ principes pacationis dicātur. q̄ mare totum prædonibus maleficisq; pacatū reddidissent: & quo in tempore nauigauerint cum iasone atq; hercule ad pellē inauratā auferēdā multis laborib⁹ t̄ pe statibusq; cōficti periculorū atq; animoq; experti impendia laborib⁹ liberare studuerūt: atq; cū a ioue esset elati petierūt a pte ut sibi liceret ī eo celi loco cōstituiūn mortalib⁹ auxiliates


prospicere possent. Quā obrem eis cōcessum ē immortali memoria locoꝝ constitui: & plerisqꝫ mortalibus auxiliantes sui conspectus gratiā p̄bent. Quorū prior habet stellas: in capite claram unam: in singulis humeris singulas claras: in dextro cubito unam. in eadē manu unā: in singulis genibus singulas in singulis pedibus singulas. Sunt omnes nouē. Alter q̄ trip⁹ appellatur. is iuxta cancrū ē. habet stellas in capite clara unā: in singulis māmillis singulas: in sinistro cubito duas: in eadē manu unā in sinistro genu unam: in singulis pedibus singulas: in sinistro pede ultimā distantiā una: quæ uocat tropos. Fiunt simul decem. Hi sunt inter duodecim signa zodiaci circuli. Sed in medio circulo æquinoctiali tropici hiemalis qui australis appellaꝝ sita sunt.



Ancer in astris positus esse dicitur beneficio iunonis
Quod cū hercules cū hydra ad fontē lerneū depugnat
ret hic cācer herculis pedē morsu depræhēdit: ut pama
sis autor dicit: quē miratus hercules calcatū cōtrivit: bñficioꝝ
iunonis magnis honorib⁹ decoratus est: idē duodeci signoꝝ
numero annumeratus. sūt in hoc signo aliaꝝ stellæ quas græ
ci dicunt: Quod cū liber a iunone in sania obiecta fugeret ad
occasus dodonei iouis eiusqꝫ in templo responsa peteret ut
phyliscus refert magni imbræ cū grandine orti sunt: ea parte
qua transiturus erat: A sinu e contrario trāscēutibus p aquas
in uno ex his sedens & ipse trāsuectus est sine periculo: & ab ī
sania liberatus. Vni aut ex his effecisse dicitur ut uoce humana
loqueret & post paucū tēpus cū priapo cōtēdere cōp̄it de mē
bro naturali. Priapus cōpressū a finum occidit: iouis autē bene
fitio utriqꝫ immortali honore donati astris sunt illati. est & al
tara origo quæ infertur ab aliis. Quod cum aduersus gygan
tes dii bellum agerent: idem liber & uulcanus & satyri a finis
insidentes profecti sūt ad pugnā: Quod genus uiso tumultu
dīrō cū murmure rugissent: gygātes eoz uoce territi fugerūt
& confessim dii de gygantibus triūphauerunt & iccirco una
cum præsepio suo astris sunt illati: & in signa nobilis cancri
positi: cuius cursum ad occasum tendit. Habet autem stellas
in cornibus anterioribus duas claras: & tres obscuras: quæ ap
pellantur nubilum: quod circa eum uidetur præsepium di
citur: in ore unam: in dextris pedibus singulas: sunt quattuor
obscuræ: in sinistris priores claras duas: in secundo unam: in
tertio unā: in extremo minore unā: in testa duas sūt cēs: xvi.

LEO

Orrentisqꝫ iubas & fuluum cerne leonem
h Hunc ubi contigerit phœbi violentior axis
Accensa in cancero iam tunc geminabitur æstas
Tunc lymphæ tenues: tunc est tristissima tellus
Et densas lœtus segetes bene condit arator
Ne mihi tunc remis pulset, uaga cerula pupis
Dem potius uentis excluso uela rudente
Excipiamqꝫ sinu zephyris spirantibus auras



I Eonē beneficio iunonis inter astra collocatū dicit: eo
q̄ uirtute cæteras præcellat. periandrus rhodi⁹ refert
cū ob primos labores herculis memorie causa honori
fice astris illatū. Nigidius refert hūc leonē nutritū apud lunā
iussu iunonis & in terra archadia i regione nemeæ i spelūca
mihdimon nomine fuerit: quā quidā aphriso dicit: & iussu iu
nonis ad herculis exitiū dimissū quē hērcules iussu Euristhei
interfecit cum Molocho hospite suo: cuius clauā pro uiribus
tributam principio est adeptus cū qua leonem iterfecit: itaq̄
postea clava pro gladio pellep scuto reliquo rēpore uti coepit
& apud omnes mortales gratus ob uirtutē haberi cœpit iuno
porro magis odio esse: Qua propter leonem cœlesti memoria

12

dignatū uoluntate iunonis nō arbitramur. Hic notabilis &
maximus inter signa est. Pleriq̄ uolūt nemeæ gymnicos lu
dos ob hūc leonem institutos: hic totus figuratur. Habet stel
las in capite tres: in collo duas: in pectore clarā unam: in spina
tres: in cauda media unam: in ultima cauda claram unam: in
medio uentre unam: sub pectore duas: in priore pede claram
unam: sub uentre unam claram: i medio uentris unam: in po
steriore pede clarā unā: i genu posteriori clarā unā. siūt omnes
decem & nouem. Videntur aliae stelle obscure septem iuxta
caudam eius: quæ uocantur crines berenices: & sunt earum
uirginum quæ lesbo perierūt. illa autē magna & clara quæ in
pectore eius est appellatur tyberoni.

HERICHTHONIVS

St etiam aurigæ facies siue inclyta forma
e Natus erichthonius: qui currus sub iuga duxit
Quadrupedes: seu mirtoas demersus in undas
Myrtilos hunc potius species in sydere reddit
Sic nulli cursus sic ruptis mæstus habenis
Perfidiam pelopis raptam gemit hyppodomia
Ipse ingens transuersus abit leuam geminorum
Maiorisq̄ ursæ contra delabitur ora
Numina præterea secum trahit: una putatus
Nutrix esse iouis: si uere iuppiter infans
Vbera crætaæ multis fidissima capre
Sydere quæ claro gratum te gestat alūnum
Hanc auriga humero totam gerit. at manus hædos
Ostendit nautis inimicum sidus in undis
Orbis ab oceano celsus rapit aut semel hædi
Iactatam uidere ratem nautasq̄ pauentes
Sparsaq̄ persæuos morientum corpora fluctus

*en virga
seruitimus*

*mirtillus
pelops
hyppodomia*

*oxara
herdi*



h **I**c agitator erichthonius dicit̄ fuisse uulcani & miner
 ue filius. Qui uulcanus cum ioui fulmen efficeret ab
 ioue pmiſum coepit: ut quicquid uellet präsumeret
 Ille mineruam in coniugem periuit. Iuppiter ipetra uit ut mi
 nerua uirginitatē descenderet. Dūq̄ cubiculū introirent cer
 tando uulcan⁹ semen in pauimentū iecit: unde natus est erich
 thonus: quē minerua in cista abscondit: draconesq̄ custode
 apposito duabus sororibus aglauro, & pandoroē cōmēdauit.
 Hic primus currus homines equis iunctis docuit similes qua
 drige solis facere primū panatnēna cōstituisse arcē téplūq̄
 ædificasse dicit̄: Quē iouis miratus astris receptum memorie
 tradidit. In hoc signo & capra est: quā in humero portat: q̄ io
 uem nutriuit. Itemq̄ eius filii hædi quos auriga iibrachio por


tat: qui fructus significare dicunt̄: noscuntur. Musæus de ca
 pra hoc refert: datur iouis infans nutrīdus themidiæ alteæ
 quæ fuit dñā capre: quæ ex ea iouem nutriuit. Esse aut̄ hanc
 caprā filiā solis dicunt: cuius aspectus tam atrox fuisse dicit̄:
 ut tytanes eam timeret: rogarentq̄ matrē terrā ut eam abde
 ret. Terra aut̄ in antro clausam amaltheæ tradidit custodien
 dā: ibiq̄ iouem cum cura amaltheæ educasse. Qui cum esset
 iuuenis: & ille contra tytanes inermis uellet pugnare: eius pel
 lem dicitur acceptā pro scuto habuisse. q̄ semper tytanis agita
 tor timori fuerit: & dicebat media pelle gorgoneū caput ha
 bere: eo tectus tegmento capre tergo alterius pellis tecta resti
 tuit: uite etiā immortalitate donauit: coeliq̄ astris intulit: &
 eius pellem appellauit. Aliis placet agitatore myrtilū eē mer
 curii filiū oenomai aurigam & a patre mercurio astris illatū
 cuius caput non multū distat ab helyce: genua apponuntur
 geminis: pedes iuxta taūri cornua. Habet aut̄ stellas in capite
 unam: in singulis humeris singulas: sed ea est clarior quæ in
 sinistro humero est: & appellat̄ capra: in singulis genibus sin
 gulas: in dextra manu unam: in sinistra duas: & sup ipso bra
 chio stellas duas: quæ uocant̄ hædi. sunt oēs simul decem.

TAVRVS

Vrigæ pedibus trux adiacet ignea taurus
 a Cornua fronte gerens & lucidus igne minaci
 Quem liber ignarū cœli formando docebat
 Et caput & apulas nares & cornua tauri
 Fronte micant hyades. quæ cornua flâma sinistri
 Summatenet. sub hæc eadem uestigia dextra
 Aurigæ mediæq̄ ligant cōpagine diuos
 Myrtylos exorif summo cū piscibus ore
 Totus cum tauro lucet: ruit oceano bos
 Ante super terras cum fulget myrtulus ore.

Taurus

hædis



Oro taurum inter astra quidam putant positū prop̄
iouem: q̄ in bouem sit fabulose conuersus. Nigidius
hunc iouem a neptuno fratre p̄ gratiā adduxisse: q̄ in
figura tauri sensum hum anum haberet: quem iouis sydone
misit: ut europam genoris filiā ad se portarer: isq̄ per pelaḡ
sydonem uenit: ibiq̄ europam inter & quales suas ludentē in
templo aesculapii cōspexit: eāq̄ repentinō arreptu collocatā
suo deuexit ad iouem in insulam cretam. Ob hāc igit̄ causam
Iuppiter taurum syderibus dignatus est immortali memoria
inferre. Eratosthenes dicit hunc esse qui coiit cū pasiphe: cui⁹
priorēs partes apparent: reliquū corpus nō appetit ppter fœ
mineum sexum. Spectat autem orientem. In signo autē tauri
frons & facies hyades uocant: quas phereades atheneus nu-

147

trices liberi dicit: quæ dōdonides nymphē uocant̄. Quæ cū
a ligurgo captiuitatē timētes fugerent thebas: ne sibi a iūmo
ne aliquid paterent̄ iouiis cōcōlo illatas syderibus honorauit
hyades q̄ appellauit: q̄ nascente libero eas inuenierit: quas in
signum temporis posuit: uel q̄ sint pluiales. V qy. enim plu
re est: quia eorum ortus imbrēs concitat: uel quia in modū y.
līa posita sunt. Musaeus & ista refert ya & atlantis duodecim
filiam p̄creauit: & filium yonem: quem dum ab apro uel leo
ne occisum sorores omnes minus nimis diligentes flerent obi
erunt: e quibus quinq̄ stellas figuratas hyades appellauerūt.
septem autem plyades. Mirtylus aut̄ quinq̄ filias cadmi esse
dixit. Habet autem taurus stellas in capite quinq̄: quæ hya
des appellantur. idest in cornibus singulis singulas: in fronte
duas: in naribus unam. hæ sunt hyades. In singulis genib⁹ sin
gulas: in ungua anteriore duas: in palalib⁹ duas: in collo unā
in dorso tres: e quibus nouissima splendida est: in uentre splē
didam unam: in pectore unam: in palla unam. sunt oēs. xviii.
ab excisione tauri usq̄ ad id quod septem stelle sunt: q̄s qdā
plyades uel pleiad as dicunt: quæ non uidentur simul: eo q̄ se
ptima obscura sit.

ΣEPHEVS

150

Asides etiam cōclum cum coniuge cepheus
Ascendit totaq̄ domo. quia iuppi⁹ autor
est generis. prodest maiestas sepe parentis
Ipse breuem patulis manibus stat post cynosuram
Diducto passim quantum latus a pede dextro
Cepheus extremam tangit cynosurida caudam
Tantundem a leuo distat minor utraq̄ iungit
Regula: cepheos uestigia baltheus ambit



Epheus in ordine quarto loco posit⁹ est: quē septētrio/
 nalis circul⁹ occupat: a pedib⁹ usq⁹ ad pectus. reliquus
 medius est arcturo æstiuo tropico circulo: fuit ergo si
 cūt euripides scribit æthiopū rex andromedæ pater: qui filiā
 suam ad cetū dicit exposuisse: quam perseus saluavit eiusq⁹
 causa: & ipse pater beneficio mineru⁹ sit astris illatus. Habet
 qdē stellas i capite splendidas duas: i singulis humeris singu-
 las: i singulis manib⁹ sigulas claras: i singulis cubiti obscuras
 singulas: i zona tres obliquatas: i dextra coxa una: i sinisi ro-
 genu duas: supra pedes qtuor: i ulti o pede una sūt cēs xix.
 Va latus afflexum sinuosi respicit anguis
 q Cassiepia uirum rclidet sublimis ad ipsum

Clara? eriam petnix cœlo cū luna resulget
 Sed breuis & paucis decorata in sydere flammis
 Qualis ferratos subicit clauicula dentes
 Succutit & foribus præducit uincula claustrī
 Talis depositis stellis ipsa horrida uultu
 Sic rendit palmas ceu sit planctura relictam
 Andromedam meritæ non iusta piacula mattis

andromeda



Assiepia interea ut refert sophocles carminū uates:
 c dicitur reposuisse formā suā nereidibus ob quado irā
 neptuni ceto transmissō uastabatur eorū terra: expo-
 stulatāq⁹ adromeden & ceto propositā ob quārē lōge habit⁹
 eorū diuersus est: ita at ē cassiepia i sella sedēs: habet i capite

stellam claram unam: in singulis humeris singulas claras: in dextra manilla claram unam: in dextra manu claram & magnam unam: in sinistra manu claram unam: in umbilico claram & magnam unam: in sinistro femore duas: in eodem genu claram unam: in uno quoque angulo sellae in qua sedet singulas claras. Sunt oes. xiii.

Ecce peculi andromede totam quam cernere nondum
Obscura sub nocte licet: sic emicat ore
Sic magnis humeris candens nitet: ac media ambit
Igneus substricta fulget qua zonula palla
Sed poene facies remanet distractaque pandit
Brachia: ceu magni teneantur robore laxy.



16
Ndromeda filia fuit cephei & cassiepiæ: quæ ad amata est a cupidine: & datum est responsum ut traderetur cetui ad deuorandum: Quæ suspensa inter duas montes & exposita cetui est cum omnibus ornamentis, a perseo aut liberata est & ob id persea dicta, beneficioque minerue astris recepta est. Euripides et dicit intra astra collocata ut labor pseidæ eternus pateret manibus eius extensis que admodum cetui opposita est. Quæ cum a perseo liberata esset: neque patri neque matru voluit cœlum morari: sed continuo cum perseo profecta est. Habet stellas in capite claram unam: in singulis humeris singulas: in singulis cubitis claras singulas: in dextra manu clara unam: in eodem brachio claras duas: in zona tres: sub zona quatuor: in singulis genibus claras singulas: in dextro pede duas: in sinistro pede unam. sunt omnes. xxi.


EQVVS DIMIDIUS
Ndromedæ uero radiat qua stella sub ipsa
a Albo fulget equus tres harmo sed latera æquis
Distinguunt spatiis: capiti etrissima forma
Er cœruix sine honore obscuro lumine sordet
Spumanti mandit: sed quæ ferus ore lupato
Et capite & longe ceruice insignior exit
Stella nitens harmis laterique simillima magno
Nec tota ille tamen formam per singula reddit
Primo prestat equo medio rapta ordine mebra
Destituunt usus radiis hinc surgit imago
Gorgonis hinc proles in pierio helicone
Vertice cum summo nondum decurteret unda:
Miles fontes dextri pedis istibus hausit
Inde liquor genitus non tenet hippocratem
Fontes nomen habent: sed pægasus æthereum sumo
Veloces agitat pennas: & sydere gaudet

e Quus preterea dimidius est priore parte parens usque
ad umbilicum Aratus dicit super geniculatore situm & iam
astris i' latu: eo quod a celitudine heliconis motis percluso
pede dextro aqua produxit: quem liquorē hypocrene dicunt. Qui
dā pro eo quod iouis eo usus fuerit. Nonnulli uero pægasum partat quod ad astram bellorophontis interitu euolauerit. Euripides

erptus

argus si
hic cœruleus
in peris fons
et in hanbita
hypocrene
hipocrene
pægasus

dicit melanippen chyronis filiā esse: q̄ compressa grauida profugit in pelio monte: & dum a patre cōpræhendi timeret deorum misericordia conuersa in equum ad astra cōscēdit: cuius posterioris partes corporis propter foemini sexus pudorē nō uidetur habet aut stellas in facie claras duas: in capite claram unā: in singulis aurib⁹ singulas claras: i maxilla unā: in ala proxima capiti clara unā: in humero alae dextre unā: in media ala unā: In extremis pennis unā: in armo unā: in pectore unam: in spina unā: i umbilico claram unā: in singulis genib⁹ singulas: in singulis ungulis singulas. fiunt omnes xviii.



Arīcs
i Nde subest aries qui longe maxima torrens
Orbis: & ad finem spatiis non tardior horam

Peruenit: & quando grauiore lycaonis arctos
Axem uel tutor quem tanto gratior ille
Distantis cornu properat contingere metas:
Clara ue non illi est facies nec sydera possunt
Officiat si luna sua ui rute nitere
Sed quærendus erit zone ratione micantis
Vt chele cädens aut baltheus orionis




Ries ut hesiodus & phæcerides dicūt inter astra collo
a catus est propter phrixū & helen athamatis & nebulæ
filios. Qui cū nouercā occidere uellent insani a libero
dicūt effecti: qui dū i silua errarēt. mater eis arietē aurata pel
le fertur adduxisse: Qui cū nauigare uellent in mare proiecli
k

sunt: q̄ pelagus ab heles nomine helesponticum uocat'. Heles aut̄ ut aiunt a neptuno saluata ē: & ex ea puerū paeonem genuit. phrixum aut̄ insidens præparato arieti colcos addux̄ etus est ad oetam regem: ibiq̄ arietem marti imolauit: eiq̄ suā aureā pellem concessit ante q̄ inter astra processisset: quā draco custodiuit. Genitum aut̄ hunc arietem dicūt ex ueptuno & theophane altidis filia: quā cū adamasset in insulā chrinissat traduxit: inc̄ ouem conuertit: cum qua in arietē mutatus concubuit: ex qua aries chrysomallus natus est. Nigidi us hunc arietem dicit ducem & principem esse signorum zodiaci circuli. Immortali aut̄ honore donatum: q̄ cum liber exercitum in aphticam duceret & aquæ inopiam pateret: subito aries ex arena exiuit & liberū cum suo exercitu ad aquā p̄duxit diuinitus. Hoc facto liber eū arietem iouē hāmonē appellauit: eiq̄ phanum magnificum fecit eo in loco quo rept̄ est aqua: & abest ab alexandria itinere dierum nouem: locus arenosus & serpentū multitudine plenus: & quia ab arena hāmon est nominat'. Præterea aries dux aquæ immortalis mutatus: & coeli sydera consecutus. Conuertit aut̄ caput ad taurum. ipse autem assequitur aliis signis. Habet aut̄ stellas in capite unā: in auriculis tres: in collo duas: in summitate pedū anteriorum singulorum singulas: in dorso quattuor: in cauda unam. in uentre tres. in summitate singulorū pedū posteriorū singulas. Sunt omnes. xviii.

DELTOTON


Deletoton
 Et etiam ppiore deum cognoscere signo
 Deltoton si quis donum hoc spectabile nili
 Diuitibus ueneratum undis in sede notaris
 Tris illi. laterum ductus æquata duorum
 Sunt spacia unius breuior: sed clarior ignis
 Hunc aries iuxta mediū deltoton habebit



Vp̄ caput arietis non longe ab andromedæ pedib⁹ adiacet signum quod græci ob similitudinem deltæ līæ deltoton uocant. latini aut̄ ob proprietatem formæ triangulum dicunt. Quod quidā a ioue p̄mercurium int̄ astra posicium dicunt super caput arietis: p̄ eo q̄ obscurum cē d̄. Quidā uero dicūt egypti cē effigiē stellis figuratam ī trib⁹ angulis idē trigono & nilum talē ambitū facere. Habet aut̄ stellas tres: in singulis angulis singulas: e qbus una ē clarior.

Inter lanigeri tergū & cepheida mœstam
 Hunc ultra gemini pisces: quorum alter in austrum pisces
 Tendit. threiciū boreā petit alter: & audit
 Stridentes aures nūc quas procreat hemus'

Non illis liber cursus, sed vincula cauda
 Singula utriq[ue] tenent uno coeūtia nodo
 Nondum stella premit piscis qui respicit auras
 Threida dextram andromedæ cernuntur ad ulnā



Isces hi sunt & maior pisces. Nigidius hos pisces dicit
 in flumine euphrate fuisse: & ibi ouum inuenisse mira
 magnitudinis: quod uolentes riecerūt i terrā atq[ue] ita cobā i
 uenisse & post aliquor dies exclusisse eam syriæ quæ uocatur
 uenus: maximeq[ue] misericors ad homines pertinebat quæq[ue]
 multa quæ ad utilitatem hominib[us] uerterentur ea dicitur in
 uenisse. Quæ qm̄ iouis s[ecundu]s amercurio laudari nominariq[ue]
 audiret quod indeos religiosa: in hominibus officiosa diligē
 ter fuerit: rogata a ioue q[ui] sibi optanti tribui postularet. illa
 ait ut pisces qui suam originem seruassent immortali præ-

mio afficerentur. iuppiter in duodecim signis pisces syderum
 splendore decorauit. Vnde hodie quoq[ue] syri neg[are] hos pisces
 edūt: & colubas potestate decorant. Horū aut[em] unus aglonius
 est: alter australis ex aduerso caudis utriq[ue] positis. H[ic] int̄ iter
 se alligamentū luteū cōtinēs usq[ue] ad priores pedes arietis. An
 dromedæ aut[em] humerus dexter pisces est signū. Habet idē ag-
 lonius stellas duodecim. Alligamentū luteū quo cōtinētur in
 parte boreæ habet stellas tres: in parte nothi tres: ad oriētem
 tres: ad occidētē tres. Australis pisces q[uod]decī. sūt cōs. xxxviii.

PERSEVS

personis
 Antus & ille micat tantum occupat ab ioue cœli
 Dextra sublata similis prope casiopeam
 Sublimis fulget. pedibus properare uidetur
 Et uelie aligeris purum æthera tangere palmis



Erseus quidē ex danae & ioue natus est. Iuppiter enī
in similiudinē auri imbris se trāsformās oppressā de-
lūsit danaenachrisii regis argiuorū filiā: quā pater a
ioueuitiatā cognouit intra arcā includens p̄cipitauit in mare
Quæ delata ad italiā inuēta a quodam p̄scatore & oblata re-
gīeām sibi fecit uxorem una cū perseo quæ enixa est in mari.
Qui missus ad polydectē régē insulæ sariphi. Accepta a mer-
curio talaria & a uulcano arpe adamentina per aera iter faci-
ens ad gorgones phorei filios uenisse perhibetur: quæ angues
pro crinibus dicuntur habuisse: quoſq; uidissent in lapides cō-
uertere. Gorgones tres serūtūr fuisse forores Vno oculo una
pulchritudine inter se cōmunicantes quarum nomina putan-
tur prima stennio: secunda euriale: tertia medusa. Quidam
uero eum a minerua missum dicunt: & ab ea clypeum uitreū
acepisse: per quem uidere nec uideri ab eis posset. Qui cū gor-
gones dormientes iuuenisset: caput medusæ abscidit & miner-
uæ tradidit quod illa in suo pectore aptavit ut in bello terri-
bilioſeret. perseum autem inter sydera collocauit. Habet au-
tem stellas in capite unam: in singulis humeris claras singu-
las: in manu dextra claram unam: in eodem cubiro unā. in ma-
